eit de se sermocinantibus: asta
bit orantibus. Quodque iam hodie
prestare dignatus est: videndum
se in gloria sua sepe prebit:
et assidua sicut dudum ante paulu
lum fecit benedictione nos pro
teget. Inde secundum ordi
nem visionis quam celum
sequentibus se patere monstra
uit: quo sequendus esset edo
cuit: quo spes nostra tendenda.
quo animus dirigendus in
struxit. Quid tamen fiet fra
ter? Quod michi ipse sum
conscius: conscendere illud
arduum ac penetrare non po
tero. Ita sarcina molesta
me pregrauat: et peccati mo
le depressum: negato in as
tra conscensu: seua misera
bilem ducit in tartara. Spes
tamen superest illa sola. illa
postrema: ut quod per nos
obtinere non possimus. sal
tem pro nobis orante marti
no mereamur. Sed quid
te frater diucius occupo e
pistola tam loquaci: demo
rorque venturum? Simul iam
pagina impleta non recipit.
Hinc tamen hec fuit racio
sermone isto longius pro
ferendi: ut que doloris nun
cium epistola deferebat. eadem
tibi ex quadam nostri confabulaci
one prestaret carta solacium.

Explicit epistola seueri ad
aurelium dyaconum. Incipit

epistola eiusdem ad socrum suam
bassulam de transitu sancti martini

Seuerus sulpi
cius bassule pa
renti venera
bili salutem.
Si parentes
in ius vocari
liceret: te pla
ne compilacionis furtique ream
ad pretoris tribunal iusto loco
traheremus. Quid enim? Non
conquerar quam a te patior in
iuriam? Nullam michi domi car
tulam: nullum libellum. nullam
epistolam reliquisti. Ita furaris
omnia. ita vniuersa diuulgas.
si quid ad amicum familiariter
scripsi. si quid forte dum
ludimus quod vellem tamen oc
cultum esse dictaui: omnia ad te
prius pene quam fuerit scripta
aut dictata peruenerunt. Num
tu obcaratos habes notarios
meos: per quos tibi nostre in
epistole publicantur. Nec tamen
aduersum eos possum moueri
si tibi parent. quia in ius suum
ex tua potissimum liberalitate
venerunt: seque adhuc tuos quam
meos esse meminerunt. Tu sola
es rea. tu sola culpabilis. que
et michi insidiaris. et illos
fraude circumuenis: ut sine de
lectu vllo familiariter scripta.
aut negligenter emissa. illa
cubrata tibi penitus atque impo
lita tradantur. Nam ut de
reliquis taceam: rogo quemadmodum

Explicit epistola seueri ad aurelium dyaconum. Incipit epistola eiusdem ad socrum suam bassulam de transitu sancti martini.

tam cito quod te epistola illa potuit pervenire, quam nuper ad Aurelium dyaconum scripseramus. Ergo cum Tolose positus, tu Treveris constituta, et tam longe a patria filio inquietante divulsa: quia tandem familiarem illam epistolam occasione furata es? Namque accepi litteras tuas: quibus scribis in eadem epistola, qua de obitu domini Martini fecerim mencionem, cum beati viri transitum exponere debuissem. Quasi vero ego illam epistolam aut legendam aliis preter quam cui ad quem missa videtur ediderim: aut ego tanto operi sim destinatus, ut omnia que de Martino cognosci oportet, me potissimum scribente noscantur. Itaque si qua de obitu sancti episcopi audire desideras: ab illis pocius qui interfuere cognosce. Ego tibi statui nichil scribere: ne ubique me publices. Tamen si das fidem nulli te esse lecturam: paucis tue satisfaciam voluntati. Itaque participabo te hijs que michi sunt comperta participem.

Martinus igitur obitum suum longe ante prescivit: dixitque fratribus dissolucionem sui corporis imminere. Interea causa extitit: qua Condatensem dyocesim visitaret. Nam clericis inter se ecclesie illius discordantibus pacem cupiens reformare, licet finem dierum suorum non ignoraret, proficisci tamen ob istiusmodi causam non recusavit: bonam hanc virtutum suarum consummationem existimans: si pacem ecclesie redditam reliquisset. Itaque profectus cum suo illo ut semper frequentissimo discipulorum sanctissimoque comitatu, mergos in flumine conspicatur piscium predam sequi: et rapacem ingluviem assiduis urgere capturis. Forma inquit hec demonum est. Insidiantur incautis: capiunt nescientes. Captos devorant: exsaturarique non queunt devoratis. Imperat deinde potenti virtute verborum, ut eum cui innatabant gurgitem relinquentes aridas peterent desertasque regiones: eo nimirum circa aves illas usus imperio, quo demones fugare consueverat. Ita gregatim facto omnes in unum ille volucres congregate, relicto flumine montes silvasque petierunt, non sine admiracione multorum: qui tantam in Martino virtutem viderent, ut etiam avibus imperaret. Aliquamdiu ergo in vico illo vel in ecclesia ad quam ierat commoratus, pace inter clericos restituta, cum iam regredi ad monasterium cogitaret, viribus

corpus cepit repente destitui:
convocatisque discipulis indicat
se iam resolvi. Tum vero me-
ror et luctus omnium: vox una
plangencium. Cur nos pater
deseris: aut cui nos desolatos
relinquis? Invadent enim gre-
gem tuum lupi rapaces. Et quis
eos a morsibus nostris percusso
pastore prohibebit? Scimus
quidem desiderare te Christum. Sed
salua tibi sunt tua premia.
nec dilata minuentur: nostri
pocius miserere quos deseris.
Tunc ille motus hiis fletibus.
ut totus semper in domino ime
visceribus affluebat. lacrimasse
se perhibetur: conversusque ad
dominum. hac tantum flentibus
voce respondit. Domine si ad-
huc populo tuo sum necessari-
us. non recuso laborem: fiat
voluntas tua. Nimirum inter
spem amoremque positus. du-
bitavit pene quid mallet.
quia nec hos deserere. nec a
Christo volebat diucius separari:
nichil tamen in voto suo po-
nens. aut voluntati relinquens:
totum se domini arbitrio potestati-
que committens. Nonne tibi hiis
paucissimis verbis dicere
videtur? Gravis quidem
est domine corporee pugna mi-
licie: et iam satis est quod huc-
usque certavi. Sed si adhuc
in eodem labore pro castris tuorum
stare me precipis. non recuso:
nec fatiscentem causabor etatem.
Munia tua devotus implebo:
sub signis tuis quoadusque tu
iusseris militabo. Et quamvis
optata sit seni missio post
laborem. est tamen animus vic-
tor annorum: et cedere nescius
senectuti. Ac si iam parcis eta-
ti: bonum michi est domine voluntas
tua. Hos vero de quibus ti-
meo: ipse custodies. O virum
ineffabilem. nec labore victum.
nec morte vincendum. qui in
nulla se parte pronior inclina-
vit. nec mori timuit. nec
vivere recusavit.
Itaque cum iam per aliquot dies
vi febrium teneretur: non ta-
men a dei opere cessabat. Per
noctem in oracionibus et vigiliis
fatiscentes artus spiritui servi-
re cogebat: nobili illo strato
suo in cinere et cilicio recu-
bans. Et cum a discipulis ro-
garetur. ut saltem sibi vilia
sineret stramenta subponi:
non decet inquit filii christia-
num nisi in cinere mori. Ego
si aliud vobis exemplum re-
linquo: ipse peccavi. Oculis
ac manibus in celum semper
intentus: invictum ab oracione
spiritum non relaxabat. Et cum
a presbiteris qui tunc ad eum con-
fluxerant rogaretur. ut cor-
pusculum lateris mutacione
relevaret: Sinite inquit sinite

me fratres celum respicere potius
quam terram: ut suo iam itinere itu
rus: ad dominum spiritus dirigatur.
Hec locutus: dyabolum videt
prope assistere. Quid hic inquit
astas cruenta bestia? Nichil
in me funeste reperies: abra
he me sinus recipiet. Cum
hac ergo voce: fatigatum diu
nis operibus spiritum celo reddidit.
Testati nobis sunt qui affu
erunt: iam exanimum corpore se
glorificati hominis vidisse glori
am. Vultus luce clarior
renitebat: cum membra cetera
nec tenuis quidem macula fus
caret. In aliis etiam et in
illo tantum artibus non pude
dis: septennis quodammodo
pueri gratia videbatur. Quis
istum unquam cilicio tectum: quis
cineribus crederet involutum?
Ita vitro purior. lacte can
didior: iam in quadam futu
re resurrectionis gloria. et
natura demutate carnis os
tensus est. Iam vero in obse
quium funeris credi non potest
quanta hominum multitudo conve
nerit. Tota obviam corpori ci
vitas ruit: cuncti ex agris at
que vicis. multique ex vicinis
urbibus affuerunt. O quantus
luctus omnium. quanta precipue me
rentium lamenta monachorum:
qui eo die fere ad duo milia
convenisse referuntur. Specia
lis martini gloria. Exem
plo eius in dominum servitutem.

stirps tanta fructificaverat.
Agebat inmirum ante se pas
tor extinctus greges suos.
sancte illius multitudinis palli
das turmas. agmina pallia
ta: et aut emeritorum laborum
senes. aut iuratos christi in sa
cramenta tyrones. Tam vir
ginum chorus fletu abstinens
pre pudore. tum letabundum
potius illi esse sentiret quem iam
suo dominus gremio confoveret:
quam sancto dissimulabat gaudio.
quod dolebat. Si quidem fides
flere prohiberet: gemitum ex
torqueret affectus. Etenim
tam erat sancta de illius gloria
exultacio: quam pia de morte
confusio. Ignosce flentibus.
gratulare gaudentibus: quia et pi
um est gaudere martino. et pi
um est flere martinum: dum
unusquisque et sibi prestat ut
doleat. et illi debet ut gaude
at. Hoc igitur beati viri
corpus. usque ad locum sepulchri.
ymnis canora celestibus tur
ba prosequitur. Comparetur
si placet secularis illa pompa.
non dicam funeris sed triumphi:
quid simile martini exequiis
conferetur? Ducant illi pre
curribus suis. vinctos post
terga captivos: martini cor
pus hii qui mundum ductu illi
us vicerant prosequuntur. Illos
confusis plausibus populorum ho
noret insania. martino divi
nis plauditur psalmis: mar

tinus ymnis celestibꝫ honora
tur· Illi post triumphos suos
in tartara fella trudentur: mar
tinus abrahe sinu letus excipi
tur· Martinus hic pauper
et modicus· celū dites ingre
ditur· ymnis celestibus hono
ratur: illinc nos ut spero cu
stodiens· me hec scribentē re
spicit· te legentem:· Explicit
de transitu sci marti epla seueri
sulpicij· Incipiunt capittu
la dyalogi seueri s Cap
secundi libri:· primū:·

Ubi postumianus edisserit
qualitatē nauigacionis·
et omnē sue peregrinacio
nis historiā· qualiter in oriente
fides xpi floreat· que sit scoꝝ
quies· que instituta monachoꝝ·
quibꝫ signis ac virtutibꝫ in ser
uis suis xpus operetur:· 2m·

Ubi exploratorū locoꝝ grā
a littore longius pressit· et in
uenit senē presbiterū in veste
pellicia mola manu vertente·
et conuiuiū illius exponit· et
hoīm mores regionis illius
preclaros· quibꝫ alimonijs vi
uant· et quia celerē in locis illis
sata prouenīat:· Cap· 3m·

Ubi dicit qd tūc alexandrie
inter epos et monachos mutua
certamina gerebantur· ne quis
origenis libros legeret:· 4tū·

Ubi bethleem oppidū perexit·
cuius loci eciam scūs iheronimus
regebat· et vbi monachoꝝ
ac clericoꝝ animos uel conuersa
cioes exponit· et qd die noctu
qꝫ aut legebat aliqd semper aut
scribebat:· Cap· 5tum·

Ubi dicit in egipto multa ēē
monasteria· vbi prima virtus
obediencia ē· et vbi infantulus
aspide mire magnitudinis in
monasteriū detulit· et alia
multa que per seruos suos dei
virtus operatur:· Sextū·

Ubi vidit duos senes· quo
rum vnū sol nuꝗ vidisset e
pulatē· et alterum nuꝗ vidis
set irati:· Septimū·

De heremita qui habebat ortū
vberrimū et bonē qui aquā
de puteo proferebat· vbi vidit
ollam cū oleribꝫ sine igne fer
uere:· Octauū·

De heremita cui lupa astabat
cenanti:· Nonū·

De anachorita qui leene ca
tulos illuminauit· et ab ipa fere
munus accepē non contēp
sit:· Decimū·

De anachorita ꝗ a fera ibex
edoctus ē qs radices sumere
qs respuē debet:· vndecimū·

De anachorita ꝗ setis corporis
sui tectus· nuditatē suā diui
no munē vestiebat:· xij·

De probacioē monachi incipiē
tis que ignis nō contigit:· xiij·

De probacioē aduene· qui ari
dam virgā potenti fide et assi
dua irrigacione aque florere
fecit:· xiiij·

De quodā sco viro· cui ex vir
tutibꝫ honor· et ex honore
vanitas cepit obrepē· et quali
tē ab hoc vicio liberatus sit· et
qd si in hac regione ordinatus
fuerit clericus· continuo quomo

Explicit de transitu sci marti epla seueri sulpicij· Incipiunt capittula dyalogi seueri·